

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5159

Auteur(s) : Lucius III [pape]

Bénéficiaire(s) : Pierre, Saint-Aubin-sous-Erquery, Saint-Aubin, dépendance Le Bec (prieur)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1182, 16 novembre

Lieu d'émission : Velletri

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Lucius [III] confirme les biens et les droits du prieuré Saint-Aubin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 214, p. 315-316.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 14698, t. 2, p. 443.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Petro priori monasterii sancti Albini eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur etc. In primis siquidem statuente, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Beccensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascumque possessiones etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum ipsa uilla et tota iustitia et aliis pertinentiis suis, generalem consuetudinem ad arandum et aedificandum tam uobis quam hospitibus uestris in silua de Braio et in eadem uilla terras arabiles ad duas carrucas, in ciuitate Beluaci domum cum cellario, census, hospites, uineas et redditus quam plurimos, apud Corcellas duos modios frumenti in molendino et prata quam plurima, apud Hodengum Episcopi tres modios frumenti, hospites, uineas, Prenologium cum tota iustitia et banno, apud Buriacum clausum uineae liberum, apud sanctam Eusebiam uillam Francam, campartagia, nemora, uniuersam iustitiam, apud Noocurtem terram, decimationes, nemora cum aliis rebus, ecclesiam sancti Dionisii eiusque personatum, apud Haloscourt ecclesiam, personatum cum duabus partibus minoris decimae, apud Bomerios ecclesiam, pratum, terram arabilem ad duas carrucas cum hospitibus et decima, decimam inter Friencurtem et Ausitam, apud Laudiam totam terram ad dimidiam carrucam cum hospitibus et decima, apud Cameriu[m ?] ecclesiam, personatum, decimationes uniuersas cum duabus partibus maioris decimae, cum pluribus curticulis, cum generali consuetudine nemoris uobis et hospitibus, apud Pomeriam quamdam decimam, in decima de Vobillis duas partes, apud Cardonetum decimam, apud Fontanas tertiam partem utrarumque decimationum, altare de Gibertomanso cum personatu, altare

de Colencurt cum personatu, quicquid iuris habetis in altari de Fulgeriis cum personatu, altare de Viriaco cum personatu, apud Vimam terram arabilem ad unam carrucam, apud Fractam Molam decimam, apud Meisinis altare, pratum cum hospitibus et appenditiis, apud Vaimans duas partes quam plurimarum decimarum, ecclesiam de Villaris, pratum cum uniuersis decimis et terram ad unam carrucam, altare de Forest cum caeteris decimationibus, quicquid iuris habetis in altari de Burburiis, apud Belamcurtem decimam quandam, ecclesiam de Blargiis, pratum, terram ad unam carrucam, hospites, nemus, duas partes maioris decimae, quicquid iuris habetis in altari de Formeriis cum duabus partibus maioris decimae, apud Leuiler tres partes uniuersarum decimationum et apud Drogonemnumilli altare cum decimis. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc.

Dat. Velletr. per manum Alberti sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii XVI kal. decembr., indictione Ia, incarnationis dominicae anno M°.C°.LXXX°.II°, pontificatus uero domni Lucii papae III anno II°.